



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Summula clarissimi iurisco[n]sultissimiq[ue] viri Raymundi

Raimundus <de Pennaforti>

Colonie, 4.III. 1502

VD16 R 168

Ut[rum] sacerdos portat in monstra[n]tia sp[iritual]em panis vl[...] corp[us]
[christ]i.

urn:nbn:de:hbz:466:1-31223

folium X

requisita ad consecrationem. habet enim characterem indelibilem qui est fundamentum totius ordinis sacerdotalis. et talis character non tollitur per mortem. Et ratio est. quia talis character est signum impressum ipsi anime per receptionem sacramenti. ut patet. i. q. i. qd. ddam. ergo potest perficere. ¶ Quintus casus est. utrum concubinarium potest celebrare missam et conficere corpus christi. Respondetur quod sic. imo de iure et de facto. nisi manifeste esset abiectus ab ecclesia. ¶ Sextus casus. utrum sacerdos scismaticus potest perficere. dato quod habet debitam materiam et formam. Respondetur magister sententiarum quod non. Et ratio eius est ista. quia quando aliquis perficit corpus christi. tunc deus et angeli assistunt perficienti sed deus et angeli non assistunt scismatico sacerdoti. igitur non. Etiam scismaticus sacerdos non potest absoluere. ergo nec perficere. In isto articulo recedunt doctores sacre scripture a magistro sententiarum dicentes. quibus sacerdos scismaticus de iure non potest perficere corpus christi. potest tamen de facto conficere corpus christi. Et ratio theologorum est. quia habet characterem indelibilem qui ab eo non potest tolli. igitur potest perficere. ¶ Ad rationes videtur. ad primam quod quibus deus et angeli non sunt presentes quo ad meritum perficientis. tamen sunt ibi quo ad meritum et effectum sacramenti. ¶ Ad secundam videtur quod non est simile de potestate absoluendi et conficiendi. ¶ Septimus casus est. utrum sacerdos degradatus potest perficere corpus christi. Respondetur per magistrum sententiarum quod non. et cum eo concordant omnes iuriste. sed doctores sacre scripture ab eo recedunt. quia debemus magis pie quam crude et impie loqui cum theologis. quod degradatus presbyter potest perficere corpus christi dummodo habeat debitam materiam et formam verborum. Vel dicatur propter iuristas. quod sacerdos degradatus potest ad minus conficere corpus christi de facto. si in casu non potest de iure. ¶ Octavus casus est. utrum sacerdos portat in monstrantia speciem panis vel corpus christi. Ibi respondetur quod sacerdos portat solum speciem panis. sed christus ibi seipsum portat mouet et leuat. Et ratio est. quia indivisibile et supernaturale proprie non potest portari. moueri. vel leuari ab altero. Ex isto sequitur quod sacerdos in altari eleuat proprie speciem panis solum.

.i. in celebratioe p defunctis s' vna legere

In defunctorum collectam dicere missa

vel de sco

s' collea .i. dz legi an vltima

De sanctis poteris. tamen hec penultima fiet

tu sacerdos

sz missam

Sic econuerso dum pro viuis celebras fac

¶ In ista parte auctor determinat de collectis dicendis in missis defunctorum. Et diuidit in duo. primo facit hoc quod dictum est. secundo determinat de collectis dicendis in missis viuorum. Secunda ibi (Sic econuerso) Quo ad primam partem dicit sic. quicumque celebras missam pro defunctis tu potes dicere vnam collectam de sanctis. sic tamen quod illa sit penultima id est vltima sine vna. et sic sub hac forma quod sacerdos primo habeat collectam de mortuis quam totaliter debet concludere. et post hanc iterum vnam de mortuis. et vnam de sanctis. et demum vltimam pro defunctis. Sic econuerso quando celebratur missa pro viuuis. tunc potest interponi vna collecta pro mortuis